

dicitur. Sic tibia quidem sua natura simplex est; sed quatenus suam peculiarem habet figuram & magnitudinem, tibia nominatur.

Verum cum organi propriè dicti sit perfectam atq; integrum edere actionem; partes verò simplices pleræque tales actiones non edant, sed saltem usum aliquem in actione præstent; & illa compositionis varietas, quæ requiritur ad edendas perfectas actiones, reperiatur tan-

*Dissimilares & organica pars sive pro ea- dem habetur.* tum in dissimilaribus: hinc patet partes dissimilares in primis ac pre- cipue actionum illarum organica- rum instrumenta esse. Et propter ea etiam Medici plerumq; pro ea- dem partem organicam & dissimi- larem habere solent.

*Unitas similari- bus & dissimilari- bus commu- nis.* Tandem est quiddam, quod utri- que partibus, tam similarib. quam dissimilari- bus, commune est, nimi- rum Unitas seu continuitas. Nam non solum totum corpus, sed etiam quælibet pars in nostro corpore, si- ve ut similaris, sive ut organica consideretur, una atq; integra esse debet. Itaque tertio ad sanitatem nostri corporis continuitas seu Uni- tas requiritur, Unitasq; tertium est, in quo sanitas consistit. Atq; hec tria si corpus nostrum obtineat, sa- num est, & ad omnes actiones obe- undas aptum; horum verò si quid desit, & à συμμετρίᾳ hac corpus de- clinet, egrum evadit. Verum, ut Ga- lenus, de diffe. morb. c. 4. monet, non quævis & exiguae ab exacta συμ- μετρίᾳ declinationes mox morbo-

rum nomine censendæ sunt; sed eædem, quæ actionibus noxas, quæ sensu percipi possunt, inferunt. In *Sanita- eo enim spacio, quod est ab ea αὐτο- tis lati- tude, quæ morbi nomine censemur, tudo.* usq; ad eam, quæ ad unguem salu- bris est, συμμετρία, multe sanorum consistunt differentiæ, & magna est sanitatis latitudo. Quod Galenus, *i. de tuenda sanit. c. 5.* dupli ratione probat. Primò ex mutatione, quæ fit per ætatum vices. Cum enim, postquam editum in lucem est ani- mal, perpetuò ejus temperamen- tum mutetur, neq; qualitatum ea- demi perpetuò, atq; in omnibus æ- tatib. ratio permaneat; ad sanitatem verò etiam temperamentum quali- tatum requiratur: Sanitatem ean- dem perpetuò permanere, possibile non est. Deinde idem probat actio- num, quæ à diversis eduntur, diffe- rentia. Nec enim omnes, qui oculos sanos habent, æquè acutè vi- dent, sed alii aliis perspicatores sunt. Ita etiam sese res habet in au- ditu, progressu, cursu, aliisq; actio- nibus, quarum magna & inter sa- nos est differentia. Si itaq; tot sunt actionum differentiæ: tot quoque erunt differentiæ constitutionum, à quibus pendent; & proinde tot sa- nitates, non quidem secundum spe- ciem, seu κατὰ τὸ κονὸν ἀπάσαις εἰδῶς, αὐτὸς περ ὑγίεια λέγονται, ve- rum κατὰ τὸ μᾶκλον οὐκὶ ἡπον. diffe- rentes. Et si quævis debilitas pro morbo habēda esset: αἱ τὸν ἀθερ- induceretur; omnesq;, qui minus ro- bore